

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Diascepsin Hanc Theologicam De Coelo Beatorum

**Pfaff, Christoph Matthaeus
Bardili, Eberhard Ludwig
Maercklin, Friedrich Jacob**

Tubingae, 1722

VD18 15032876-ddd

§. VII.

[urn:nbn:de:bsz:31-130208](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-130208)

ducere, atque, quod jam promissimus, *ἡλικίῳ* Theologicam addere.

§. VII.

Esse autem coelum beatorum $\pi\tilde{\sigma}$ quoddam, ita probant Theologi. I. ex appellatione. Scriptura vocabulis certum $\pi\tilde{\sigma}$ significantibus coelum describit. Luc. 19. v. 26. Joh. 12. v. 26. 14. v. 2. 17. v. 24. 2. Cor. 5. v. 1. 1. Pet. 1. v. 4. Ap. 12. v. 4. II. ex distinctione. Scriptura enim $\pi\tilde{\sigma}$ beatorum à $\pi\tilde{\sigma}$ damnatorum distinguit Luc. 16. v. 26. & beatos repræsentat in unam congregationem unumque $\pi\tilde{\sigma}$ fusos Hebr. 12. v. 22. III. ex opposito inferni, qui est *τόπος* Luc. 16. v. 28. IV. ex necessariâ consecutione, quia beati sunt aut alicubi & in $\pi\tilde{\sigma}$, aut nullibi, quod posterius nemo dicet (s). Ethic quidem satis convenit Theologis. An verò hoc $\pi\tilde{\sigma}$ sit creatum vel increatum, spirituale vel corporeum, intrahunc mundum, vel extra hunc mundum, quænam sit ejus quidditas, qualitas, situs, determinatu difficile est. En quid GERHARDUS (r) ajat: *Cælum beatorum tripliciter potest accipi, primò objectivè & efficienter, secundò formaliter, tertio subjectivè. Si primo modo accipiatur cælum beatorum, est ipse Deus creator. Si secundo modo, cælum beatorum est aliquid à Deo distinctum, videlicet, gloria ac lætitia cælestis in ipsis sanctis, non tamen est substantia corporea in prima creatione à Deo producta. Si tertio modo, dicimus, $\pi\tilde{\sigma}$ illius quidditatem, qualitatem ac situm in Scripturis non esse nobis revelata. Hæc GERHARDUS.*

§. 8.

(r) Nec tamen sequitur exinde, cælum ipsum esse $\pi\tilde{\sigma}$, si cælitates sunt in $\pi\tilde{\sigma}$, uti non sequitur: cælibes sunt in $\pi\tilde{\sigma}$, ergo cælibatus est $\pi\tilde{\sigma}$. (r) de vitâ aternâ §. 40.